



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Benedictus Redivivus Hoc est: Benedictinj Ordinis  
Vetustissimi Amplissimique, Nostra, ac supera ætate  
Immarcescibilis Vigor, ac Viror**

**Bucelin, Gabriel**

**[Veldkirch], Anno Christi. M.DC.LXXIX.**

Iesu Christi Annus. M.DC.XLIII. Sancti Patris Benedicti. M.C.LXIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38498**

quibus tres, licet adhuc viventes, eamdem mortis sententiam acceperunt, ali⁹ prebulantur, &c. quorum eti⁹ aliqui in exilium missi, ali⁹ dimissi sunt; non alia tamen de causa, quam quod sanguine Martyrum & exemplo, ipsimet Hæretici metuerant, plures quotidie Romane Ecclesie lucrados & aggregandos. Quod DEUS Opt. Max. interveniente Apostolorum Regina Deipara, primisque Anglorum Apostolis & Episcopis a Magno Gregorio nostro destinatis, clementissime largiri degnetur.

Maurus  
Epis. de la  
Jaca.

Felici somno in mortem resolutus  
Reverendissimus & Illusterrimus P.D.  
Maurus de Villa-Roal ex Monacho S.  
Salvatoris de Loretzana, ejusdem loci  
Abbas, tum S. Vincentij Salmantini;  
inde Ordinis Generalis, demum Episcopus  
de la Jaca, Presul meritissimus, Vir  
tutum omnium speculum, omnem sub  
stantiam suam relinquens Domui Pro  
fessionis. Ex communione Ant. de Soto Ma  
jor, &c.

*Successus Congreg. ss. Vtoni & Hydulphi.*

Congregatio Nostrorum Sanctorum Vitoni & Hydulphi in Gallijs, Lo  
tharingia & Burgundia, felicissimis suc  
cessibus, ob eximiam exempli sanctif  
simi famam, & contuitum, multa &  
mira apud ipsos quoque saeculares effi  
cit; cum gravissimi etiam & sceleratissimi peccatores, ultro faterentur, tan  
tos sibi ad vitam antea & detestacionem stimulos addi, ut vix sibi à lachrymis temperarent, & quantum ad vitam qua  
cunque antea essent affecti, tantum nunc abhorrent, ac detestarentur. Jnde multis ad Pédes nostros conflu  
xus diversorum opem & salutem qua  
rentium & in viam salutis dirigi cupi  
entium; multorum item cucullum ex  
ambientium, vel alias in quovis statu, totos se directioni tantorum virorum permittentium. Fuitque tanta illorum apud saeculares reverentia, ut planè non aliter atque Angeli descendentes è cœlo passim exciperentur, & quacunque incederent deducerentur. Et reapse afflictissimis quibusq; maximo erant solatio, dum maximum non solum pondus verba ipsorum haberent, sed vel maximè ipsi sanctissimi mores, & disciplinæ Monachicæ gravitas, mag  
nam omnibus auctoritatem concilia  
rent, omnes intuentes & attonitos red  
derent, omniumq; studia raperent, fa  
mam longè latèque omnium audientium corda occupante. Quin & ipsi de se ip  
sum

sis mirabantur, ijs vel maximè, qui remissius antea, etiam in Religione habiti, delicatus enutriti, mollibus lectulis uli, varijs distractionibus recreati, aspirante Numine sacræ huic Reformatio  
ni nomen dederant, experti quamprimum, quantum Gratia DEI in omni ri  
gore dulcorando posset: cum longæ il  
lis Vigiliae, protractum, multis Horis Divinum officium, frugalis mensa, la  
bor manuum, silentium strictissimum, jejunia frequentia, lanearum vestium ad nudū corpus & cilicij usus, promptissima ad ardua quævis, absq; ulla ter  
giversatione obedientia, subjectio pro  
prii judicij omnimoda & gravia alia,  
quæcumque ipsi contraria naturæ ex  
ercitia, ira deinceps suaviter saperent,  
ut nunquam satis prioris vitæ segniti  
am detestati, veram fuisse miseriā &  
calamitatē faterentur, dum jam lon  
gæ alii & solidis animi delicijs affatim fruerentur, & juxta promissā Sanctissimi Patris & Patriarcha sui Benedicti, processu Conversationis, reapse in  
narrabili dilectionis dulcedine curre  
rent viam mandatorum DEI, imo al  
tum evolarent in ejusdem via Consilio  
rum; tanta omnium inter se charitate,  
tanta charitatis exhibitione, ut jam in  
illa æterna pacis habitatione sedem fi  
xiisse viderentur; tanta erga senes quo  
cunque nedum Superiores reverentia,  
erga ægrotos compatiencia, inter se  
gravitate & modestia, ut qui frui vel ad  
horam illorum consortio posset, beat  
um se, non aliter atque illa Sabæ Regi  
na, in contuitu Salomonis, fateretur:  
dum ita ordinatè omnia fieri cerneret;  
& nihil non priscam Sanctorum Patrū simplicitatem & sanctitatem redoleret,  
sanctissimæ paupertatis studiū ubivis se  
proderet, omnes mundo verè se mor  
tuos comprobarent, & revera DEUM  
solum seipisis quasi neglectis toto cor  
dis desiderio, tota mentis intentione,  
omni viri intensione quærerent, imo  
summa in pace, maxima animi conso  
latione ipso fruerentur. *Et hæc omnia  
testium oculatorum fide & relatione.*

*Rigor Vita  
dulcis Re  
ligiosis.**Primatus  
Ordinii  
fervor.*

IESU CHRISTI ANNUS. M.DC.XLIII.  
Sancti Patris Benedicti. M.C.LXIII.

**N**ec impari viris, & Heroibus qui  
dem, pia æmulatione, sancta con  
tentione, vera Amazones nostræ, non  
æmulari solū charismata meliora, sed  
piam amu  
latio sacra  
rum Virgin  
um.

M m . viros,

Mira  
Dei  
in Refor  
matu  
grā  
tia.

viros, quin & vires, ac fidem hæc audi-  
entium & attendentium superare ag-  
gressæ, nulla superabiles arduitate, ve-  
rè spectaculum factæ mundo, & Ange-  
lis & hominibus, Deo autem holocaustum  
quotidianum, cum, qui secundum  
carnem saperent, etiam Religiosi, om-  
ni Martyrio acerbiorem, ut & diutur-  
niorem, tenerissimarum, Virginum,  
quin & puellularū, etiam genere Illu-  
strissimarū, ac Serenissimarum vīta cer-

*Stupendus* nerent, & toti obstupecerent, ad nu-  
*vita rigor.* tum quemvis Superiorum suarum in  
enses, ignes, aquas, ut sic dicamus, nul-  
la vel mora, vel exceptione atque ex-  
cusatione ruituras, intentas simul &  
cupidas, quævis, vel maximè ipsi na-  
ture contraria & adversantia, tibi im-  
perari, subituræ omnia, alacerimo  
animo, imo etiam impossibilia, ad  
amissim sanctissimæ Regulæ, ausuræ,

*Simplissi-  
me obedi-  
entia Ty-  
runcula.* ut recentissimi patuit exemplis, Deo  
ipso miraculis conatus simplicissimæ  
obedientiæ comprobante, dum frigen-  
tibus & rigidibus omnibus nive  
glacie, occupatis cum Magistra sua No-  
vitijs, in adornanda ad festum quod-  
dam Dei paræ Benedictæ suæ Matris  
statua, simplicitatem piè tentando di-  
ceret: & nunc quidem ad ornatum ni-  
hil porro deesse, quæ ut recentes ex  
horto rosæ afferrentur, offerentibus  
sele quamprimum quæ audierant, imo  
ad momentum Votū ac vocis currenti-  
bus nisi impedirentur, unī præ alijs  
promptæ & expeditæ commissum ne-  
gotium est, quæ & horrum ingressa,  
mellem totam rosarum reperit, & ples-  
no sinu, ad matrem stupenter retulit.  
Nec minus laudabili simplicitate, &  
pià obedientiæ cæcitate, alia jussa, ari-  
dum rosarum lignum in terra planta-  
re, & tepentem quotidie aquam affun-  
dere, haud impari miraculo meruit,  
idem arenitissimum lignum reviresce-  
re, & in præclarissimum rosarum sur-  
culum & tuberculum assurgere & ex-  
crescere. Quæ nostræ arida ætati, pe-  
nè incredibilia sunt; sunt tamen veris-  
fima & recentissima, ac mûltò plura  
alia, æquè ac magis miranda, quæ ma-  
num Domini minimè abbreviatam at-  
testantur.

Miracul-  
honorata  
simplicitas.

Sed quid miramur fructus ejusmo-  
di & exempla, quando non potest non  
bona arbor bonos fructus facere, mire-  
mur potius insitam supernaturalem,

bonitatem à Satore superno, in tantæ  
fertilitatis arbore, in totius sanctissimæ  
Congregationis de Calvaria Generali  
Superiore. Ea hoc ipso tempore fuit  
Beatissimæ memoriæ, de qua supra, *Magdalena de Rieux dicta de na de Pa- sione.*

dissidit digne & satis describere, que  
Tyrunculis novissimis simplicior, &  
humilior, non poterat, fructus alios,  
quæ simplicitatis, & Deo probatissi-  
mæ humilitatis germinare & genera-  
re. Illum, quem jam aliquoties audi-  
vimus, haud imparem studijs Magda-  
lenæ audiamus; qui cum prolixius sub-  
ditarum sanctitatem, & animi juxta-  
sanctam demissionem deprædicasset,

Magdalena celebrans sic pergit: Pri-  
mas tamen inter tot lumina tenuit semper  
(Magdalena) omnium infima, nulli secun-  
da, dejectissima & eminentissima humilitas,  
ab omnibus Superioritatum gradibus, ita  
aborrebat, ut quasi ad mortem damnata  
expavesceret, ut ex sola Obedientia, metu-  
que pertinacia culpabilis denique admiserit.

Et præ se coacta fuit ferre per totam vitam,  
sed Præsidij præses semper aspiravit humili-  
tas ipsa, eo dejector quo & vita & honore  
prosector. Nihil sine consilio a greedi soli-  
ta juniores etiam, & nullius usus, nec ex-  
cum comp-  
erientia adolescentulas, raro modestia &  
ingenii candoris exemplo, interrogatas,  
audiebat intenta & humili mente, sensa

animi promentes, probansque omnibus po-  
tiora Deo teste deligebat. Sepe etiam dum  
Superioris Generali honore præfulgeret, vi-  
sa est cor amys, quarum ad scribendum &  
alia negotia peragenda, utebatur opera, in  
genua provolvis, impensè rogans omnes, ut  
ream de culpis & delectibus monerent, in-  
dicarentque, quid in regimine, cella, vesti-  
bus, colloqüs, sacro Instituto, constitutio-  
nibus Regule adversum annotarent: sed

tanta erat in omnibus Magdalena Obser-  
vantie integritas, tanta animi solertia &  
præsentia ingenii ad omnia, ut Religiosissi-  
ma quæque ab ea alienum nihil deprehen-  
derent.

Monuit aliquando soror quedam Ge-  
neralem (quo ejus humilitati obsequeretur) Memoria-  
insertam forcipibus ipsius catenulam, curio-  
sitatem aliquam redolere: quam statim ab-  
strahi curavit verè humilis superior, pluri-  
mis ei Gratias ex more actis. Deterretabat  
quævis obsequia: sibi ipsi ancillari se posse,  
dicens, ac si quid impendi prorsum necessa-  
rium esset, tanta verborum & animi demis-  
sione

Generalis  
supplex  
minima  
soribus.

sione ipsa accipiebat, ut planè indignissime  
prestari affereret, & minimè ad se perti-  
nere.

Per quadraginta & amplius annos Pa-  
risijs commorata, amans nesciri inter tot  
serenissimos & illustrissimos consanguineos  
& affines, inter tot Principes faminas, Du-  
cessas, Comitissas aliasque primarie Nobili-  
tatis Dominas clarissimas, totius Aule lu-  
mina, & Regni syaera, latere semper, nun-  
quam videri voluit, in hoc uno dumtaxat  
auctoritati sue obniti molestissime ferens,  
minaciterque incusans, cum Superi ores,  
tum inferiores, quæ vel privatis colloqujs,  
vel publicis, de ea, ejusque genere & virtutib-  
us quidquam evulgarent. Egrè collo-  
quiorijs intererat, molestius cum Prima-  
rjs viris atque Ecclesie Prelatis actura:  
quare, si quando id vel necessitas, vel mani-  
festa Congregationis utilitas exigere, tace-  
bat ut plurimum, alia loquente; quippe cui  
persuasum prorsus esset, ad omnia ineptiam  
se esse, aliasque quasvis sorores prudenter  
quam ipsa, concinniusque colloqui posse, et  
licet nihilominus tanta ejusdem ingenui ac-  
tes, rerum omnium perita & usus, judicij  
pondus & sagacias, ut pari negotiorum in-  
telligentia, sermonis facultate, & efficacia  
predicantiam aliam vix reperiiri posse, omnes af-  
fererent: at nisi D E U S hanc tamè humi-  
litatis verecundiam ipsi indidisset, nimium  
ad eam procerum confluxum futurum fuisse,  
omnibus quecumque voluissi persuasa-  
ram. Rarissime ab Officj diurnis aberat,  
sug cura.

negotiorum hand differendorum gravi mo-  
le; à Nocturnis & mentali oratione nun-  
quam, eti ppter negotia morbis varijs gra-  
viter premeretur. Meditationibus aliisque  
pys exercitijs incumbebat semper altero ge-  
nu flexo, altero scabide laborante & obri-  
gente. Sacrosancta Missa Sacrificio erecta  
adeo in D E U M mente intererat, ut viso  
tanto Seraphici animi ardore, tepidissime  
quævis anima incalescerent, prodentibus se  
in oculis, ore, totius compositione corporis,

<sup>sub sacra</sup> signis Divinae Charitatis, quæ tegi se minimè  
Communi-  
patiebantur. Porro quoties Divino sub sa-  
cram Synaxim cibo reficiebatur, toties tota  
per in ex-  
tafim rap-  
ta, extra se raptia, pluribus horis, provoluta  
semper in genua, arcanis pasto delicis, ab  
oratione, & pjs cum Sponso colloqujs tem-  
perare non poterat. Nunquam cubiculum,  
in quo Officj sui negotijs vacabat, ingressa  
est, quin prius latitans in cella aliquamdiu,  
poplite flexo sponsum crucifixum amantis-  
me salutasset. Unde etiam erat pte Matris  
morum omnium aqua tempestes, ut nullis

unquam casibus, nedum frangi, sed nec mo-  
dicè perturbari posuerit. Quare solebat Insignis  
dicere: agenda esse, que agenda erant, nec ejus moni-  
tio. pluribus curis, ad plurima unquam imen-  
dendum esse animum, D E U M solum plu-  
ra simul & semel moliri posse, creaturam  
vero unum aliquid tantummodo, quo ruz  
perfectio ad alia contendendum. Eo Cha-  
ritatis flagrabit incendio, ut de ea jure di-  
ci possit, quod de altera Magdalena afferunt  
Christus Dominus quia dilexit mulierem &c.  
Mater omnium, Mater omnibus erat, ma-  
terno sinu abdebat omnes, omnibus materno  
studio ac vigili, cura, in omnibus profici-  
ens, infirmis debilibusque non modo nulla  
ope deerat, immo etiam sollicita charitate, ea-  
rum verecundie consulens, quævis necessa-  
ria liberalissime suppeditans, prudentissime  
antevertebat. Egras ante Matutinas, Ho-  
ras & Orationem mentalem quo idie invi-  
scobat, & frequenterque interdia, quas tan-  
ti amoris & benevolentie efficaci teneritate  
denunciebat, earum exigitudini vehementi-  
simè compassauit morbi sensu omni diu possea  
carent. Mistebat ad eas plerumque fru-  
ctus & alia bellaria, quæ sibi ministrabantur,  
unde nonnullæ viso & suscepso tante  
charitatis materna gratissimo pignore, ple-  
rumque convalescebant. Majoribus tamen  
solita erat maiores & potiores impendere  
curas, animarum videlicet saluti & perfe-  
ctioni omnimodo. Quare, si quid per litteras  
à subditis rogabatur, statim, nulla ha-  
bita personarum ratione, omnibus (infimis  
licet) responsa dabant, quæ omnibus arri-  
derent & probarentur. Si quando de inter-  
no conscientia statu colloqui cum ea velle so-  
nore aliquam, sed pte verecundia non au-  
dere intelligebat, tota in amorem ejusfa occu-  
rebat pudori, usque sacræ charitatis, ut  
plerumque uebatur innocuus arribus, ut fa-  
cta timide menti familiarior, de omnibus  
sciscitata, omnia resciens omnibus provide-  
bat; nec recedebat unquam, eti multis alio-  
quin implicia, quin se dato omnimodis a-  
nimo, cupitam tranquillitatem, mira ser-  
monum lenitate, rationumque vi, & effica-  
cia, incredibili dexteritate induceret. Nun-  
quam detrahentibus, nunquam jocantibus,  
de proximi, nedum adversantis sed nec ho-  
stis manifesti, levioribus malis & culpis in-  
dulxit; dicere solita, hostes fibimet semper ob-  
esse, sed nobis plurimum, per patientia stu-  
dium prodeisse. Ut vero tenerrima erat &  
humanissima Charitatis Magdalena in eas,  
que munis sibi commendatis non decrant,  
ita ea vehementia & sacrificioris impetu,

M m a pie

Egras  
rum foro-  
rum cura.

Omnia  
omnibus  
facta.

## BENEDICTUS

260

In delin- piè se vici bat in delinquentes, ut nullis un-  
quenter se- quam adulata, omnibus fincerè & ingenuè  
nra. colloquita, impavido Zelo vitij quibuscumque & quarumcunque bellum inferret, sed  
eā prudentiā, & amantis animi industria,  
ut ejus monitiones & expostulationes omnibus suū opere probarentur, quippe, que sci-  
rent certissimō, soli eam peccato traxerat, ejus-  
demq; amorē, quacunq; forma amictū, sive  
mysticentē, sive sevientē sanctum tamen &  
maternum amorem semper esse. Impetebat

Philautia semper & potissimum amoris proprij ac phia-  
stus suscep- lauita astus in diem recrudescentes, solita-  
dissimos dicere: Invadendum in tales defectus gene-  
suis redde- rosē, & vorandos amoris Deīni omnipo-  
bat. tenti robore: ut autem efficaciō tentatio-  
nibus impugnatis solatio foret; versor, in-  
quiebat sepiissimē, in vestro statu, in iisdem  
statutis, susque deque acta, hec & illa ad-  
hibeo remedia, quibus si etiam ut amini, in-  
genes in via Salutis, profectus faciet, vi-  
etrices semper, & Demonē terribiles. O  
Anime illius incredibilēs delicias, que na-  
tarā semper Gratia subiicit, & voluntā-  
tis proprie præpostera studia obedientie san-  
cte potenter emancipat. Ita fāpē citatus  
Religiosissimus Scriptor.

Eodem anno Christi 1643. Septem-  
bris die 13. Redivivo in se Patri Sanctissimo Benedictō in celis gloriosum si-  
stit Gregorius à S. Elia cognominatus Casi-  
nensis Cenobij Conversus mirificā  
sanctitatis opinione clarissimus, cuius  
elogium vita typis excusum necdum  
habere potuimus. *Casimirus Invenitius.*

I E S U C H R I S T I A N N U S M D C X L I V .  
Sancti Patris Benedicti. M. C. LXIV.

**M**agnum omnino & splendidissi-  
mum Hispaniarum occumbit  
sydus, non sine magno & Regni & ip-  
forū immet Regum luctu, Reverendissi-  
mus & Illustrissimus P. F. Josephus de  
la Cerdā noster, Almeriensis & Paren-  
sis Episcopus. Hic in celeberrimo San-  
cti Martini Regiæ Urbi Madritensis  
Monasterio vitam Monasticam profeti-  
sus, tantis animi corporisque dotibus  
excelluit, ut facile quisvis, ad summa  
natū, coniceret. Fuit admirabili in-  
genij præditus sublimitate, memoria  
incredibili, eloquentia singulari, clau-  
ruit omnimoda scientia, humanis Di-  
vinisque litteris instructissimus, in Phi-  
losophicis, Theologicis, in Jure utro-  
que ad miraculum versatus: neque mi-  
nus tamen Religiōi rigoris, Regulae

sanctæ & disciplinæ observantissimus,  
summaque Vitæ perfectionis studio-  
fissimus, Zelo Religionis & propagan-  
dæ bono publico pietatis accentissi-  
mus, caue de causa juvenis etiamnum,  
Regius Concionator designatus, verbo Regib.  
potens & exemplo mirificè excelluit,  
omniumque animos rapuit, maximi-  
propterea à Regibus factus, quem dein-  
ceps ad Episcopatus Almeriensis Cathe-  
drālē promoverunt; inde Parenſis eti-  
am Ecclesia Pontifex ordinatus, dum  
ubivis veri Pastoris insignia exempla  
edit, & Christi oībus omni cura invi-  
gilat, sanctoque vitæ exemplo omnes  
lucrari satagit, ad altiores multo digni-  
tates experitus, præmatura morte om-  
nium votis & Regum præcipue eripi-  
tur, relictis non paucis præstantissimi  
ingenij monumentis, quæ inter cele-  
bratur præcipue Tomus unus de Deo  
Incarnato, & Beatissima D. Matre,  
& duo alij Tomi in librum Judith, lit-  
terali & morali explicatione, in quibus  
profundissimi sui ingenij thesaurum in  
publicum protulit, & ob hos ipsos la-  
bores aeternum celebrari meruit. Præ-  
ful planè incomparabilis, cui nemo  
sufficit satis commendando. *Ex Fran-  
cisco de Argaez. &c.*

Luges & Galliarum Regnum hoc  
ipso anno magnum sibi Sydus erexit, &  
celo insertum sanctæ memoria Mariæ de  
am de Compreinac, Beneditini Ordi-  
natis, Congregationis Calvariaæ fœmi-  
nam præelectam. Fuit hæc Illustrissi-  
mo orta genere, è familia de Pontrac,

*Maria de  
Compreinac*

*Ordinatis*

*D. de Pontrac*

*Sancti*

*via*

*Sancti*

<i